a) Cod. لهم. b) Cod. سعى. c) Varias lectiones, omissis librariorum erroribus, ex 'Ibn-Ćāqānis quatuor Codd. hîc addo. d) Quatuor 'Ibn-Ćāqānis Codd. offerunt اسلك قصدا, sed in marg. Ga., addito خ صح, legitur اركب قصدى. e) Tres 'Ibn-Ćaq. Codd. الحظ quod praefero; cum textu facit A. f) A. وجهى. g) Ex A.; Cod. وتنبو. h) A. صفحة. i) Huius et quatuor sequentium versuum priora hemistichia mutilata sunt in Codice, spatio vacuo relicto. Quae desiderabantur ex 'Ibn-Ćāqāne supplevi. k) Sic habet 'Ibno-'l-Abb. Cod.; Ga. et G. نصحه; A. غيبه; B. حبه; habemus itaque quatuor lectiones, omnes aeque bonas; quaenam praeferenda sit difficile est dictu. l) Codex perperam بطالب. m) Quatuor 'Ibn-Ćaq. Codd. العجز, quod eodem redit. n) Codex perperam والعجب. o) Codex به, quod nisi merum sit mendum, statuendum est in primo hemistichio, quod totum in 'Ibno-'l-Abbāri Codice desideratur, vocem masculini generis voci ملمة substitutam fuisse. p) B. et Ga. جريان. q) G. الردى. r) A., B. et G. مضى. s) A. النعمى; G. العتبى. t) B., G. et Ga. فان. u) B. لفحتنى. v) In G. et Ga. additum est glossema اى ريح باردة.

89) Nempe 'Ibn-Ammār.

90) *Utrum inceptum iter persequar an consistam cum itineris comitibus? Frenis obluctante nunc vehor equo!*

Nescio nunc utrum tranquillus sim futurus a te remotus, ita ut absentiam felicitatem appellem, an felix futurus in tuâ propinquitate.

فاجابه المعتمد

لدىّ لك العتبى تُزاح عن العتب   وسعيك عندى لا يضاف الى ذنب

وأعْزِزْ علينا أَن تصيبك وحشة   وانسك ما تدريه فيك من الحب

فدع عنك سوء الظن بى وتعدّه   الى غيره فهو الممكن *من قلبى [a]

فربضك قد ابدى توحُّش جانبٍ   فجاوبت [b] تانيسا وعلمك [c] بى حسبى

تكلفته ابغى به لك سلوة   وكيف يعانى الشعر مشترك اللب ٩١

هكذا اتى بالقطعتين وجوابهما [d] على نسق وترجم فى الثانية بالتفرقة بينها وبين الاولى

---

a) Codex et G. فى القلب ; tres reliqui ut edidi. b) 'Ibn-Çaq. فراجعت. c) B. et Ga. وحسبك ; eadem lectio in A., sed ei, addito خ, superinscriptum est وعلمك. d) Cod. وجوابها.

Attamen scio te, quicquid acciderit, illud solum facturum quod curas meas pellere possit.

Siccine luna mihi, in tenebris proficiscenti, nubibus obducta, siccine acies acuti gladii, quem manu teneo, hebes erit?

Miserere illius cuius sedulitatem nosti, cuique nullum est meritum praeter amicitiam quam erga te fovet.

Nihil feci quo accusatori ad accusationem ansa praebeatur, quove animo meo debilitas aut superbia attribui possit;

Sed calamitati me tradidisti quâ ensem meum hebetasti et fregisti.

Profecto! Nisi memor essem pristinorum tuorum beneficiorum, quae me irrigarunt veluti pluvia irrigat virentes ramos,

Ego animum saevis illis cruciatibus quibus illum torqueo, non torquerem, nec dicerem culpam in iis quae acciderunt, meam esse.

Supplex tuam clementiam implorabo, et rogabo ut dulci tuâ veniâ me irrigare velis;

Sique ex tuo coelo gelidus flat ventus, ego: » o animo meo gratam lenem auram!" exclamabo.

91) *Tibi paratam habeo benevolentiam, quae procul erit a conviciis; ego illa quae fecisti culpam non reor.*

Nimis te mihi carum putes quam ut velim moerorem te vexare; scis enim quam gratum mihi, valde te amanti, sit, te esse laetum.

Malam itaque de me opinionem ex animo evelle; aliam mente informa, nam tui amor cor meum occupat.

Carmen tuum ostendit tristi te esse animo; respondi tibi hilaritatem tibi restituturus; iam satis est; scis enim qualis sim.

Studiose diligenterque carmen panxi, tuas curas levare cupiens; quo modo carmini pangendo studium impendit ille qui cordis mihi particeps est?

فخالف ابنَ قاسم وابنَ بسام كما ترى ويحتمل ان تكونا في قصة واحدة 92 ☆ قال ابو الطاهر وقد كان خاطَبَ ابا الوليد بن زيدون في اول تعلّقه (يعني بالسلطان) بابيات استعاد بعضها في هذه القطعة وهي

تأمّلتُ منك البدر في ليلة الخطب ... ونلت لديك الخصب في زمن الجدب

وجرّدتُ من محروس جاهك مُرْهَفًا ... توثّبُ به خيلُ الحوادث عن حربي

وما زلتُ من نعماك في ظلّ لذّةٍ ... تذكّرني ايامها زمن الحبّ

92) Eàdem opportunitate composita fuisse haec carmina, coniicit itaque 'Ibno-'l-Äbbār; omnes 'Ibn-Äm-mari versùs ad unum idemque carmen pertinere verisimile visum est 'Ibn-Ćāqāni, nam hic versùs carminis 'Ibn-Ämmāri disposuit hoc modo: vs. 1 (الركب قصدى) السلك قصدا; vs. 2 واصبحت; vs. 3 اذا انقدت; vs. 4 على انني ادرى; vs. 5 اخاتك للحق; vs. 6 حنانيك; vs. 7 لا ادرى; vs. 8 وما جئت شيا; vs. 9 سوى انني; vs. 10 وما اغرب; vs. 11 اما انه لولا; vs. 12 لما سمت; vs. 13 ساستمنح; شان نفحتنى. In solo Cod. A. post versum 5um additur vs. ايظلم. Responsum 'al-Moʿtamidi apud 'Ibn-Ćaqānem quinque illis versibus constat quos ex Abū-'t-Tāhiro citat 'Ibno-'l-Äbbār. Ex quibus itaque apparet, 'Ibn-Ćāqānem quosdam elegisse versùs ex iis quos apud 'Ibn-Bassamum et Abū-'t-Tahirum reperit, eumque putasse ab utroque scriptore descriptos versùs eàdem opportunitate fuisse compositos et ad unum idemque pertinere carmen. Nodum secuisse, non solvisse, mihi videtur 'Ibn-Ćāqān; maiorem prudentiam ostendit 'Ibno-'l-Äbbār, qui in re incertà a sententià pronuntiandà abstinuit, coniecturà contentus. Cuius exemplum ego imitari studens, sequentia lectoris iudicio submitto, quibus rem plane dirimere nolo quia nequeo.

Fieri potest ut primus ab 'Ibn-Bassāmo citatus versus carminis 'Ibn-Ämmāri non diversus sit a primo versu quem citat Abū-'t-Tāhir, sed ut unius versùs duplex sit redactio. Idem fortasse valet de primo versu utriusque carminis 'al-Moʿtamidi. Quo admisso, duo hìc haberemus carmina, non quatuor. At ab alterà parte varii 'Ibn-Ämmāri versùs, quocunque tandem ordine dispositi, non satis bene inter se cohaerent; sunt »disiecta membra." Nihil affirmo, sed fieri potest ut varia hìc habeamus fragmenta ex quatuor pluribusve carminibus, quibus sibi invicem responderint rex et wezīrus, quaeque carminibus illis, quae inter se commutarunt 'al-Moʿtamid et 'Ibno-'l-labbāna, in priori volumine editis, sint similia. Maiori cum fiducià moneo, versum illum ambitiosum:

Fieri enim non potest quin nuntii quos nos alter alteri mittimus, omnibus terris, Orientem inter et Occidentem sitis, innotescant,

non 'Ibn-Ämmāro tribuendum esse, ut fecit Abū-'t-Tāhir, sed 'al-Moʿtamido, illumque ponendum esse post versum:

Studiose diligenterque carmen panxi, tuas curas levare cupiens; quo modo carmini pangendo studium impendit ille qui cordis mihi particeps est?

Cum hoc enim versu praecedens bene cohaeret, at in 'Ibn-Ämmāri carmine nullus est ei locus.

اذا العيش فى افيـاء ظلّك بـارد   فمن مَرْتَعٍ خصب الى مورد عذب
احينَ سقى صوبُ [a] اعتنائك ساحتى   فنعّمهـا [b] *ما قرّ [c] روضى فى تُرْبى
تنبتَ لعطفٍ قد تنبتُ مدائحى   عليه وسربٍ قد بدلتُ به سَرْبى
امـا انـه لـولا عـوارفك التـى   جرت فىّ جرى الماء فى الغصن الرطب
لما ذُدتُّ طيرَ الود عن شجر القلى   ولا صنت وجه الحمد عن كلف العتب
ولاكن ساكنى بالوفاء عن الجفا   وارضى ببعدٍ بَعْدَ ما كان من قربى
وان نفحتنى من سمـائك حرجف   سأهْتفُ يـا برد النسيم على قلبى
وانى اذا قلّدتُّ جـاءك مطلبى   واخفقتُ فيه قلت يا زمنى حسبى
ايظلم فى عينى كذا قمر الدجى   وتنبو بكفى شفرة الصـارم العضب 93

---

a) Cod. صوت.   b) Cod. فنقّمها.   c) Cod. واهرّ.

93) *Te tamquam lunam contemplatus sum in miseriae nocte; apud te omnium rerum abundantiam inveni quum in inopiâ vivebam;*

Acceptum refero patrocinio tuo, vir amplissime, qui excelsâ dignitate (quam Deus tibi servet!) gaudes, me acutum gladium denudasse, quem experti equites isti, perpetuae calamitates, a pugnâ destiterunt;

Semper gratiâ tuâ, amoena quae umbra est, gavisus sum; ubi cogito de laetis illis diebus, in memoriam mihi redit amor quem erga me habebas;

Illo tempore quo refrigeratus vivebam tuâ sub umbrâ, quo ex herboso prato ad dulcem aquam me conferebam!

O quam laeta erat mei horti terra illo tempore quo tuae benevolentiae pluvia meum atrium irrigabat et exhilarabat!

Corpus a me avertisti quod ego laudibus extuleram, et cor quod omnia sciebat quae ego animo volvebam.

Profecto! Nisi memor essem pristinorum tuorum beneficiorum, quae me irrigarunt veluti pluvia irrigat virentes ramos,

Amoris aves ab odii arbore non versus te agitassem, nec ab ingrato labore laudis tuae cum vituperatione miscendae abstinuissem! (Poëta se ipsum *odii arborem*, versûs suos *amoris aves* appellat.)

At ego fidem appellabo id quod iniuria est; acquiescam in absentiâ postquam in propinquo fui!

Sique ex tuo coelo gelidus flat ventus, ego: » o animo meo gratam lenem auram!" exclamabo.

Quodsi tibi, vir amplissime! desiderium meum declaravero, nec tamen voti compos factus fuero, ego exclamabo: » Adversa fortuna! Satis me cruciasti!

» Siccine luna mihi, in tenebris proficiscenti, nubibus obducta, siccine acies acuti gladii quem manu teneo, hebes erit?"

وهذا ايضا مما نبهتُ عليه قبلُ وعلى وقوعه نادرًا حتى لا تعتلّ صحّة المُمْكِنِ[a] منه[b] من ضياع منظوماته فى الانتجاع على ان حكم العتاب، خارجٌ عن هذا الباب 94» واما قصائده الشهيرة فى المعتمد وبنيه فلتوفية حق الاصطناع، وتعفية ما اوقعه فى الارتياع، ودفعه الى الاستعطاف والاستشفاع» وان اطلتُ بحسب الاضطرارِ الكلام، واستسهلت فى دعوى الاختصارِ الملام» فلغرابة هذه الاخبار، وبراعة ما يتخللها من الاشعار»   ونعود الى خبر ابن رشيق مع ابن عمار وما آل اليه امره بعد ذلك ذكر ابو بكر محمد بن يوسف بن قاسم الشلبى ما تلخيصه وايجازه مع زيادات تخيّرتُها وبعضه على المعنى دون اللفظ ان ابن رشيق لما قُرِئَ كتابه المضمن دخوله مرسية باشبيلية ارتاح ابن عمار واعمل نظره فى اللحاق بها واشار على المعتمد بذلك فما خالَفَه فُواقًا فلم يترك ابن عمار باشبيلية فى مِلْك سلطانه ولا ملك احدٍ من معارفه فرسًا عتيقا ولا مطية ولا زاملة الا استخرج ذلك من ايديهم رغبة ورهبة حتى لاجتمع[c] له مائة جنيبة ومائة زاملة واحضر له التجار ما بايديهم على اختلاف بضائعهم من الديباج والخز الى ما دون ذلك من نفيس الكسا ليعمّ بذلك اهل مرسية على قدر منازلهم عنده ولم يخْفَ عن ابن عباد وجه مراده فلما سلم عليه مودعا قال له سِرْ الى خيرة الله ولا تظن انى مخدوع فقال لَسْتَ بمخدوع ولاكنك مُضَرَّر فحلم عنه وخرج من اشبيلية على باب مقرانة 95 واقام بظاهرها اربعة ايام يستوفى أعْرَاضه ثم رفع أَلْوِيته وقرع طبوله وسار لا يمرّ

---

a) Cod. الممكى.   b) Cod. عنه.   c) Cod. لا اجتمع.

94) »Iam antea dixi,'' huc redit 'Ibno-'l-Ābbārī sententia, »perrara nunc esse illa 'Ibn-Ammārī »carmina quibus, obscurus dum esset homo, viros principes patriciosve laudavit, quandoquidem »ipse, ad summas evectus dignitates, sedulo ista conquisivit et crematit. Nequaquam itaque du- »bium est quin pauca istiusmodi carmina quae nunc eius nomine circumferuntur, iure ei adscri- »bantur.'' Mirum est hoc argumentum, nam aeque bene, et fortasse melius, dicere quis posset, istiusmodi carmina pro spuriis esse habenda, nisi gravissimae adsint causae cur illa 'Ibn-Āmmāro adscribamus; sed hoc in transitu tantum moneo, nam hoc carmen spurium declarare minime volo. Addit 'Ibno-'l-Ābbār: »Attamen hoc ad 'Ibn-Zaidūnum carmen ad elogia, proprie sic dicta, non »pertinet, nam hunc virum laudat quidem at simul obiurgat.''

95) Portam Macarenam a Mauro quodam, Macarena dicto, nomen accepisse contendit Alphonsus Morgado (*Historia de Sevilla* fol. 44: »La Puerta de Macarena tomó su nombre de un Moro principal lla- »mado Macarena, por quanto salia el por esta Puerta para una su heredad media legua de Sevilla, »donde hasta oy [scripsit anno 1587] permaneze una Torrecilla llamada Macarena del nombre deste »Moro, que la edificó en aquella su pertenencia. Y por la misma razon se llama oy tambien aquel

ببلد من اعمال ابن عباد الا استخرج منه كل ذخيرة حتى وصل الى مرسية فدخلها فى يوم مشهود وابن رشيق بين يديه قد برز له وخرج يزفّه الى القصر وجلس فى اليوم الثانى مجلسَ التهنئة للخواصّ والعوامّ فسجعت الشعراء بامداحه وقد تزيّى بزىّ ابن عباد فى حمل الطويلة [96] على راسه وحكاه فى التصيير [97] وكتب ينفذ هذا ان شاء الله فى اسفل قرطاسه وتَخَتَّمَ فى كلتا يديه وبلغه ان ابن عبد العزيز عاب ذلك عليه فكتب اليه

(الكامل) [a] قل للوزير وليس راى وزير ان يتبع التدبير بالتدبير
ان الوزارة لو سلكت سبيلها وقّف على التعزير والتوقير
وارى الفكاهة جُلّ ما تاتى به رحماك فى *التصدير والتظفير [b]
وصلت دعابتك التى اهديتها فى خاتم التامين والتامير
وانتّها للطاعرىّ فان تكن فخليقة التقديس والتطهير

---

a) Idem carmen citat 'Ibn-Ċāqān (in capite de 'Ibn-Tāhiro), ex quo auctore alterum hemistichium versùs primi et primum vocab. alterius hemistichii versùs tertii supplevi, nam in Cod. ibi sunt lacunae.
b) Ex 'Ibn-Ċāq.; Codex والتصدير (؟النعاجيز) التفاجيز.

» Collado la Cabeça de Macarena en el camino de la Rinconada pueblo de aquel tiempo una legua » de Sevilla"). Eiusdem farinae est etymologia quam proponit Rodericus Caro (*Antiguedades de Sevilla* fol. 20 sq.) qui nempe nomen derivat a Macarià, filià Herculis. Ridiculis etymologiis nisi vererer novam addere haud meliorem, dicerem, fieri posse ut porta nomen acceperit a loco versus quem spectabat, et in quo, ante Maurorum invasionem, fuerit sacellum, Sanctae Macrinae, sorori Basilii Magni, dicatum. At obstat quod Sancta Macrina saeculò demum decimo sexto in Occidente coli coepta videtur; cf. *Acta Sanctorum Iulii* t. IV (19 Iulii).

96) Vox طويلة, quae proprie adiectivum est fem. gen., *longa*, hìc significationem habet nec in nostris Lexicis, nec in meo *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes*, in quem librum vocem recipere debuissem, commemoratam. Versus autem 'ar-Ramadii (apud 'Abdo-'l-wāhidum p. ١٥ ed. meae), in quo de notissimo 'imāmo 'Abū-Hanīfâ sermo est (vide eandem historiam apud 'Ibn-Ċallicānem Fasc. IX p. ٨١ ed. Wüstenfeld), sic audit: *At-tawīlam sibi afferri iussit, quam, grave negotium obiturus, in capite gerit.* Fuit itaque capitis tegumentum quo utebantur ecclesiastici et, ut ex nostro loco patet, reges. Unde puto longum vel altum fuisse pileum, nec dubito quin vox القلنسوة subintelligenda sit: diu enim est ex quo vidi hanc vocem non, ut ego antea putaveram, designare *le bonnet qu'on porte sous le turban*, sed *altum pileum*, quod etiam alii, de meo opere exponentes, rectissime monuerunt.

97) 2ª forma verbi صار significat, uti notum est, *effecit ut fieret, esset;* Infinitivus hìc significare videtur *iussa dare.*

ولعلّ يوما ان يصيّر نقشُه [a] فى طينة التقديم والتأخير
وترى بلنسيةً وانت قُدارها سينها التدمير من تُدمير [98]

---

a) Ex 'Ibn-Ćâq.; Cod. نعته.

98) *Dic wezīro* (*wezīrum autem non decet iteratis vicibus sannas proferre*):
Wezīratus, si veram eius viam calcas, eâ in re consistit ut homines honores et reverearis.
Video te plerumque sales felle suffusos afferre; clementiam tuam imploro ubi scribis prooemium quod excipit formula: Deus tibi semper victoriam det!
Venit ad me sanna tua, quam mihi doni instar dedisti, de annulo signatorio quo aut securitas mihi data est, aut potestas wezīros creandi.
Puto istam a Tâhirîdâ profectam esse; quod si ita est, necesse est ut ista sanctificetur et purificetur.
Fortasse aliquando annulus ille in ceram mandati imprimetur, quo ii qui excelsâ dignitate non gaudent ad eam promovebuntur, qui eâ gaudent ab eâ dimovebuntur;
Videbisque Valentiam, cuius tu es lanio, dirutam a viris Murciâ profectis!

'Ibn-Ćâqân, hoc carmen in medio positurus, sequentia praefatur: ولما انحلّ (ابنُ طاهر (nempe من اسره، وحلّ بين سماك الوزير الاجلّ ونسره" واستراح من السجن، وارتاح ارتياح ابى محجن" عاد الى عادته من التنديد، ودسّه اثناء الابتداء والتصدير" واسلك ابن عبد العزيز طريقه، وعلّمه تسديده وتفويقه" وبلغه ان ابن عمار تختّم بخاتمين احدهما للمؤتمن والاخر لاذفونش بن فرذلند فاوحى فى ذلك الى ابن عبد العزيز ورمز، وكوّز على رسوله المعلم بذلك وغمز" فلما بلغ ذلك ابنَ عمار اقلقه، وضيق فى التماسك طلقه" فكتب الى ابن عبد العزيز. (De Abû-Mihgan v. Weil *Geschichte der Chalifen* I. p. 69; 'Ibn-Badrûn p. ١۴۴ sq. ed. meae; lectio كوّز in tribus exstat Codd. (in solo A. وكور); verbum itaque كوّز hîc fere idem atque غمز significare videtur.) Apparet alterum illum scriptorem (وحكى غيره) de quo loquitur 'Ibno-'l-'Abbâr, esse 'Ibn-Ćâqân*em*.

Iam quod ad ipsum carmen attinet, vides in 1°. vs. 2am formam verbi ندر significare *sannas protulit*, *dixit;* eodem sensu occurrit in loco 'Ibn-Ćâq., in loco Abû-'*t*-Tahiri quem in sqq. describit 'Ibno-'l-'Abbâr, et apud 'al-Maqqarîum (530 v.). Vs. 3um ita vertens ut feci, rationem habui verborum 'Ibn-Ćâqân*is* ودسه الخ, qui tamen scriptor hîc metaphorâ utitur; voce التصدير libri (vel epistolae) titulus prooemiumve significatur, voce الابتدا ipsius scriptionis initium; similiter in versu التظفير indicat solenne, post *bismillam* vel prooemium, epistolae initium ظفّرك الله *Deus tibi semper victoriam det!* At simul ex hoc versu patere videtur, 'Ibn-'Abdi-'l-'azîz*um* istam facetiam non tantum *dixisse*, sed etiam *scripsisse*, quum epistolam ad 'Ibn-'Ammâr*um* daret. Locus ubi scripta erat, in carmine

وحكى غيره ان ابن طاهر هو الذى غمز على رسول ابن عمار المعلم بخاتميه وانه نسب احدهما للموتمن بن هود والثانى لادفونش بن فردلند وترجم ابو الطاهر التميمى على هذه القطعة فى مجموعه من شعر ابن عمار قال وله للوزير[a] الاجلّ ابى بكر بن عبد العزيز وقد نذر فيه حين بلغه ان ادفونش ملك الروم اعطاه خاتما عند اجتماعه به ولياذه فرارًا من الوحشة الواقعة بينه وبين ابن عباد وتخوفا منه فقال اخاتم التامير ام خاتم التامين فقال ابن عمار واعتقد انفاذها اليه وذكر الابيات وزاد فى اخرها

فرسا رهان انتما فتجاريا . لِنَقُولَ فى التقديم والتاخير

قال ابن بسام واستعمل ابن عمار خِسَاس 99 عبيده على الحصون واقطعهم الضياع واعرض عن المصبح° واقبل على الغبوق والصبوح" وابن رشيق فى خلال ذلك يستبدل اولئك الاوباش ببنى اخوته واخواته وكانوا جماعة حتى اذا صارت عن اخرها فى ضبطه وعلم أَنَّ أَمْرَ ابنِ عمار قد نُقِل لابن عباد قَطَعَ عنه تلك المواد واغرى الاجناد بطلب ارزاقهم منه فايقظته الضرورة من سِنَة البطالة وفى مدة اقباله على سفاهته كان ابن عباد يستلطفه باعيان الاصحاب فيذكرونه بالاذمّة ويوعدونه على . . . . رجا هربه وكتب اليه المعتمد

(الطويل) تغيّر لى فيمن تغيّر حارث ورُبَّ خليلٍ غيَّرَتْه الحوادث

---

a) Cod. بالوزير.

accurate indicatur. In vs. 4°. ipsa sanna commemoratur; ludibrio nempe habet Valentiae wezīrus 'Ibn-Ammārum, quia hic plus semel coactus fuerat, relicto rege suo, aliorum principum auxilium implorare. Sic certe carmen interpretatur 'Ibn-Cāqān; at nescio an Abū-'t-Tāhiri interpretatio praeferenda sit, ex quâ 'Ibn-Abdi-'l-azīz verba: *Estne annulus signatorius quo ei data est potestas emīros creandi, an quo securitas ei est promissa* plane alio tempore pronuntiasset (vel scripsisset), nempe illo quo 'Ibn-Ammār ab Alphonso annulum acceperat. In vs. 5°. est lusus verborum (الطاهرى et التطهير); sensus est: impura est ista sanna, quamquam a viro profecta qui a puritate nomen habet; necesse itaque est ut purificetur. Versus ille quem deinde citat 'Ibno-'l-Abbār ex Abū-'t-Tāhiro, non est ultimus carminis, sed est altera redactio versûs 6i:

Vos duo estis equi quorum neuter alteri cedere vult; currat itaque uterque vestrûm, ut nos pronuntiemus uter prior metam attigerit, uter posterior.

In vs. denique ultimo minatur 'Ibn-Ammār se primum Murciam, deinde Valentiam diruturum, si nempe Abū-'t-Tāhiri admittimus interpretationem. Caeterum adhuc moneo ubique in 'Ibno-'l-Abbāri Codice, Murciae nomen rectissime scribi *Todmīr*; sic enim pronuntiandum est, non *Tadmīr*, ut vulgo fit.

99) A singulari خَسيس. V. supra I. p. 289 ann. (174).

احارث ان شورکتُ فيک فطالما ... نعمنا وما بيني وبينک ثالث ١٠٠

فجاوبه ابن عمار

لک المثل الاعلى وما انا حارث ... ولا انا ممن غيرته الحوادث
ولا شارکتْه الشمسُ فيَّ وانه ... ليَنْأى [a] بحظّي منک ثانٍ وثالث
فديتُک ما للبشر لم يسر برقه ... ولا نفحت تلک السجايا الدمائث
اظنّ الذي بيني وبينک اذعبت ... حلاوتَه عني الرجالُ الاخابث
تنکَّرْتُ لا أنّي لفضلک ناکر ... لديَّ ولا انى لعهدک ناکث
ولاکن ظنون ساعدتها حمائم [b] ... کما ساعدَتْ صوتَ المثاني مثالث
ابعد انقضا خمس وعشرين حجة ... تجافت لنا عنها الخطوب الکوارث
مضت لم ترب مني امور شوائب ... ولا تُلِيَتْ عني مساعٍ خبائث
حللتَ يدا بي هکذا وترکتني ... نهابا وللايام أيدٍ عوابث
وهل انا الا عبد طاعتک التي ... اذا مُتُّ عنها قام بعديَ وارث
اعد نظرا لا توهن الراى انه ... قديما کما هاف وادرک رائث
ستذکرني ان بان حبلي واصبحت [c] ... تَبِنُّ بکفّيک الحبال الرثائث
وتطلبني ان غاب للرای حاضر ... وقد غاب مني للخواطر باعث
اعوذ بعهد نُنشّه بک ان تُرى ... تحلّ عراه العاقدات النوافث ١٠١

---

a) Cod. ليبای. *b*) Cod. خمائم. *c*) Cod. واصفاحت.

100) *Inter illos qui fidem erga me mutarunt est etiam Hārit̄: saepe enim calamitates amici fidem mutant!*

O Hārit̄! Quodsi anteacto tempore tibi socius fui, nunc diu est ex quo iucundâ vitâ gaudebamus sine tertio!

Sunt versùs antiquioris poëtae, sed nescio cuius.

101) *In te quadrat praeclara sententia, at ego Hārit̄ non sum, nec sum ex illis quorum fidem calamitates mutarunt.*

Ne Sol quidem (mater mea; cf. infra) *mei amoris tecum particeps est; alter tertiusve longe remotus est ab amicitiâ quam erga te foveo.*

Mi carissime! Quid tandem patitur laetitia, cuius scilicet fulmen noctu non coruscat? Quomodo fit ut lenis illa indoles gratum non diffundat odorem?

Puto scelestos viros me privasse dulcissimâ illâ nostrâ amicitiâ.

In molestiis sum; non quia tuam erga me clementiam infitias eo, nec quia tibi pactam fidem violavi;

وذكر ابن بسام هذا الشعر بعد ان قال وافضت الحال، بالرشيد الى الاعتقال، بايدى نصارى الافرنجة فى جملة من المال،، كانوا أكْتَرُوا[102] بها، فحبسوا الرشيد بسببها،، الى ان افتكّه ابوه المعتمد فى خبر طويل، وابن عمار صاحب ذلك الدغيل[103] ،، والملوم، فى المعلوم،، من امره والمجهول *وفساد حاله[a] عند المعتمد يتزايد، وتدابره يتساند[104] ،، وفى اثناء ما وقع من تدبير تلك الامور، ونجوم ذلك الاستيحاش والتغيير،، خاطبه المعتمد عاتبا فتمثّل ببيتين البيتين وقد كان خرج عنه واوردهما وجواب ابن عمار الى اخره قال ابن قاسم فكان لا ينثنى عن هواه، ولا يزلّ عن مرقاه،، حتى قال له من كان يعصبه من نصّاحه تعرف الحصن الفلانى قال نعم البيس صاحبه[b] فلان من عبيدى فيقول له لا والله ما فيه الا فلان ابن اخى

a) In 'Ibn-Bass. Cod. وفساده. b) Cod. صاحب.

At mentis agitationi sociarum instar additae sunt anxiae curae, sicuti tertia lyrae chorda simul cum secundâ pulsatur.

Siccine, quinque lustris peractis, a quibus luctificae aerumnae longe erant remotae,

Quaeque praeterierunt dum ego plane nihil perturbabam, nullusque liber turpia a me perpetrata facinora commemorabat,

Siccine, inquam, me e manibus dimittis meque praedae instar tradis fatis, quorum manûs saevae sunt?

Sumne ego aliud quid quam servus qui tibi obedit et paret? Ubi mortuus ero, alius a me didicerit quâ fideli curâ mandata exsequi debeat.

Iterum rem considera! Ne iudicandi facultatem infirmes, nam etiam antea festinando lapsa est illa, cunctando metam attigit.

Mei memor eris quando meus funis longe aberit, et tu tritos tantum funes manu tenebis;

Me quaeres quando ii qui adsunt consilium dare non poterunt, ego vero abero, qui ingeniorum aciem exacuere solebam.

Obsecro te per ipsam amicitiam quam erga te foveo, ne huius nodos solvas, qui bene sunt nexi quibusque inflatio magica applicata est!

In vs. 6ᵇ. vox حمائم (a singulari حميمة, ni fallor) *curas, sollicitudines* exprimit, quae significatio in Lexico quidem annotata non est, sed cum etymologiâ optime convenit.

102) Sic legendum est cum Codice Oxoniensi 'Ibn-Bassāmi (Codex 'Ibno-'l-Abbāri male habet اكتروا), et 8ª forma verbi كرا hìc significat *se locavit*, *operam suam locavit*, quod Lexico addatur, in quo tantum annotatum est hanc formam significare *conduxit*.

103) Nescio an sic legendum sit. Codex 'Ibn-Bassāmi hìc habet الزعيل, Cod. 'Ibno-'l-Abbāri الوعيل; utrumque corruptum mihi videtur. دغيل aut *insidias*, aut *calamitatem* significare posset.

104) 6ª forma verbi سند significat *auctus fuit*, uti observavi in libro c. t. *Recherches sur l'histoire d'Espagne* I. p. 189.

ابن رشيق وابن اخته وجعل يعدد له المعاقل ويذكر خروجها من ايدى ثقاته ورجاله فسقط في يده وفرّ على وجهه من مرسية الى جليقية لاحقا باذفونش بن فردلند وشاكيا اليه غدر ابن رشيق رجاء اعدائه عليه   لم يذكر ابن قاسم مروره ببلنسية فى خروجه من مرسية وهو صحيح وفى ذلك يقول يخاطب ابن عبد العزيز صاحبها وقد اخرج [a] الى لقائه رجلا استحجبله 105

(الطويل) تناءيتمُ فى برّنا نو سماحتمْ   بوجه صديق فى اللقاء وسيم
وسلسلتم راح البشاشة بيننا   لَوَاتَيْتُمْ [b] ساعدتمْ بنديم
سالتمس العذر الجميل عن العلى   واحتال للفضل [c] احتيال كريم
بخلتم باعيان [d] الرجال على النوى   فلم تصلونا منهم بزعيم
ولاكن ساستعدى الوفاء واقتضى   سماحك بالانس اقتضاء غريم
واثنى على روض الطلاقة بالجنى   وان لم أفزْ من نشره بنسيم 106

وحكى ابن بسام فى اخبار ابن عمار من تاليفه انه قال هذا الشعر فى بعض رسالاته عن

---

a) Cod. خرج. *b*) 'Ibn-Ċāq. فما ضر لو. *c*) 'Ibn-Ċāq. للمجد. *d*) Id. باعلاق, quod eodem redit, sed multo exquisitius est.

105) Sequens carmen exstat etiam apud 'Ibn-Ċāqān*em*, his praemissis: ومن يخاطب بنى عبد العزيز وقد اجتاز بهم فاخرجوا له تضييفا وبرّا مع قوم اغفال ولم يلقوه. Carmen autem in medio ponit hic auctor *antequam* de Murciâ ab 'Ibn-'Ammāro expugnatâ loquatur, atque ita cum 'Ibn-Bassāmo facere videtur; sed tali in quaestione auctoritas 'Ibn Ċāqān*is* perparva est. Caeterum diverso quidem ordine descripserunt hos sex versùs 'Ibno-'l-'Abbār et 'Ibn-Ċāqān, sed iusto ordine neuter. 'Ibno-'l-'Abbār illos hoc modo disponit: 1, 2, 3, 6, 4, 5, et 'Ibn-Ċāqān sic: 1, 2, 4, 3, 6, 5.

106) *Summo honore nos affecissetis, si liberales nobis spectandam dedissetis amici faciem qui decore hospites excipit,*
Laetitiamque vini instar effudissetis, si vos mihi dato sodali opem tulissetis.
Cupio ut vos, viri nobiles! pulchro modo vos apud me excusetis, nam ego honori studeo, ut solet vir nobilis.
Ipsi a me remoti, vos avari non sivistis viros praeclaros ad me accedere, nullumque ex iis principem ad nos doni instar misistis;
At ego amicitiâ religiose observatâ me ulciscar, et comitate vestros retinens animos, vestram munificentiam exigam, sicuti debitum exigit creditor,
Et, flores carpens, hortum laudabo cuius aër temperatus est, etiamsi lenis et fragrans eius aura mihi non faveat.

المعتمد واجتيازه ببلنسية لا عند فراره من مرسية قال ابن القاسم وقد كان ابن رشيق قدّم الحزم فاستمال اذفونش بألطافه وهداياه وغيّره على ابن عمار فانصرف خائبا ويقال انه قال له بلسانه يابن عمار مثلك مثل السارق سرق السرقة فضيّعها حتى سُرقت منه [107] وعند ذلك عدل الى سرقسطة بِظاهر الخدمة لواليها الموتمن ابى عامر [108] يوسف بن المقتدر بن هود والنيابة عنه بالوزارة فامر له بدار تحمله ومن معه وادرّ عليه من الاجراء ما وسعهم ووسعه وتجافى عنه مع ذلك فاقام على البطالة مقبلا وفى ذلك يقول وقد عُذل عن الادمان

(الطويل) [a] نقمتم علىّ الراحَ ادمن شربها وقلتم فتى لهو [b] وليس فتى مجد [c]

ومن ذا الذى قاد الجياد الى الوغا سواى ومن اعطى كثيرا [d] ولم يكد

فديتُكُم لم تفهموا [e] السرّ [f] انما قليتكم جهدى فابعدتكم جهدى [109]

وحكى غيره انه سئم تلك الحالة فرحل الى صاحب لاردة المظفر حسام الدولة ابى عمر يوسف بن سليمن المستعين وكان اكبر اولاده والذى يحادّ المقتدر ا . . . [110] لمّا كان عليه من الشجاعة والادب المفضّل به على اهل بيته فاكرمه وانزله ثم . . . . وكرّ عائدا الى سرقسطة وبلاردة قال قصيدته الفريدة التى اولها

(الطويل) علىّ والا ما بكاء الغمائم وفىّ والا ما نياح الحمائم [111]

---

a) Hoc poëmation etiam descripsit 'Ibn-Ćāqān. *b*) A. quoque in textu habet لهو, sed huic voci, addito خ, superinscriptum est هزل. *c*) Solus A. جدّ. *d*) Cum textu facit A.; caeteri 'Ibn-Ćāq. Cod. الكثير. *e*) 'Ibn-Ćāq. تعلموا. *f*) Cod. male السرار.

107) Primus nempe fur erat 'al-Mo'tamid, secundus 'Ibn-'Ammār, tertius 'Ibn-Rašîq.

108) Sic alio loco (fol. 121 r.) eum vocat 'Ibno-'l-Abbār. Hic Codex ابو عمر offert.

109) *Reprehenditis me quia semper vinum bibo, dicitisque: » Est vir lusui atque lasciviae deditus, non est vir honore ornatus!"*

At quis praeter me strenuos in proelium ducebat? Quis magnifica dabat dona nunquam avarum se praebens?

Amici! Aenigma minime solvistis! Sedulo vos odi, sedulo itaque vos a me removeo!

110) Lacuna est in Cod., sed legendum puto اخاه.

111) *Meâ causâ lachrymas fundunt nubes, alioquin id non facerent; meâ causâ gemunt turtures, alioquin id non facerent!*

Vide tres alios huius carminis versûs apud 'Abdo-'l-wāhid*um* p. vv edit. meae. Caeterum severe ac iuste reprehendit auctor noster 'Ibn-Bassām*um*, qui sine dubio in gravem errorem incidit; sed si verum sit, quod affirmat 'Abdo-'l-wāhid, in carmine 'al-Mo'taçid*um* laudari, inde sequeretur non

و . . . : . انفذها الى المعتمد وهى تنيف على تسعين بيتا مرّ له فيها إحْسان كثير ومن فاحش الغلط قول ابن بسام ان ابن عمار قال هذه القصيدة لما خاف من المعتضد لغلبته على ابنه المعتمد ففرّ من اشبيلية ولحق بشرق الاندلس وتمكّن من الموتمن بن هود قال ومن هنالك خاطبه بها فلما قرعت سمْعَ المعتضد [a] وجّه عن ابن عمار على الترغيب والتمكين، واستوزره عدّةَ سنين،، الى الميقات المضروب، والاجل المكتوب،، حكى ذلك فى كتاب الذخيرة وفى اخبار ابن عمار من تاليفه ولا ادرى كيف غاب عنه ان ما ادّعاه لو صحّ كان قبل سنين والخمسين واربعمائة وولاية الموتمن فى جمدى الاولى سنة ٧٤ ولقائل ان يقول لعلّ ابن عمار صحبه فى حياة ابيه المقتدر وهو اذذاك مرشّح لمكانه فليلزمه ان ياتى على مقاله بما يومنه من ابْطاله والمتعارف ان ابن عمار لم يصحب الموتمن بسرقسطة الا عند فراره من مرسية فغلط ابن بسام لا خِفاء به ولا امتراء فيه قال ابن قاسم واتّفق ان انتزى عامل لابن هود يعنى الموتمن فى معقل منيع من اعماله وكانت بينه وبين ابن عمار معرفة فتمن له استنزاله وسار اليه فلما نزل بساحته تشوّف ذلك العامل الى برّه ولم يرَ باسا فى رقيّه الى قصبةِ حصنه فى رجلَيْن من جملته فاوغر [b] ابن عمار الى الصاعدَيْن معه ان صبّا سيفكما عليه اذا رايتمانى اماشيه ويدى فى يده ولو قتلتمانى واياه ففعلا ذلك وفرّ اصحابه عند قتله وألقوا بايديهم الى ابن عمار متطارحين [112] عليه ومستشفعين به الى الموتمن فضمن لهم تامينه اياهم وصَفْحَه عن جنايتهم وخطبه بذلك فورد جوابه بامضاء ما التزمه عنه من الاغْضاء ولطف محلّه عنده واشتاق [c] الاعتناء بشوقه فخاطب المعتمد فى تسريح عياله وابنائه الذين باشبيلية فلم يبعد له عن الاسْعاف [113] على انه كتب فى اثناء مراجعته يحذّره منه

(السريع) والشيخ لا يترك اخلاقه ... حتى يوارى فى ثرى رمسه
اذا ارعوى عاد الى ضدّه ... كذى الضنا عاد الى نكسه [114]

---

a) Cod. per errorem المعتمد. b) Cod. فاوعر, sed cf. similis locus apud 'Ibno-'l-Ćatîb (fol. 159 r.): اوغر الى خدامه بخنقه. c) Cod. واستابق.

totam 'Ibn-Bassâmi narrationem falsam esse, sed unicum eius errorem hunc esse quod 'al-Mûtaminum nominet, quum 'al-Moqtadirum nominare debuisset.

112) De 6ª formâ verbi طرح, quae in Lexico desideratur, iam annotavi supra Vol. I. p. 290 ann. (176).

113) *Morem gessit*, ut saepissime.

114) *Vir ille indolem sibi non mutabit, antequam sepulcri terrâ tegatur;*
Ubi a turpibus se abstinet factis, mox plane contraria facturus est, aegroti instar qui quum sanitati restitutus videtur, mox in morbum recidit.

قال وكان اقبال الدولة علىّ بن مجاهد صاحب دانية قبل غلبة ابن هود عليه يعنى المقتدر وذلك فى شعبان من سنة ٤٦٨ قد استعمل ابنه سراجَ الدولة على معقل شقورة فلما استولى المقتدر على دانية واحتمل اباه الى سرقسطة انفرد هو بشقورة و . . . . . . ثم مات حتف انفه وخلف على حرمه وولده فى قصبتها عبدَيْن ابوهما عبدٌ لابيه من سبى سردانية [a] وهما ابراهيم وعبد الجبار ابنا سُهَيْل فرأا انهما لا يستقلّان بضبط المعقل فجعلا يساومان به الرؤساء المحيطين بهما حتى وصلت اشادتها الى الموتمن بن هود فللذى اتّفق لابن عمار قَبْلُ مع عامل الموتمن المنترى عليه سوّلت له نفسه الخائنة اعْمال تلك الحيلة فى ابنى سبيل واستنزالهما بالارغاب فى الثمن فضمن لابن هود أَمْرَهما وطلب منه تجهيزه فى عسكر يستعين به على محاولته فاسعفه ولما وصل الى حضيض شقورة لم يُقَدِّمْ شيئًا على الصعود اليهما مع صاحبَيْه الملازمَيْن له وهما جابر وهادٍ اللذان يقول فيهما من كلمة له

(الكامل) عطّلتُ من حلى الركاب جيادى   وسلبت اعناقَ الرجال صعادى

فاذا كُسِرْتُ فثَمَّ خِدْنٌ جابر   واذا ضللت فثَمَّ اخر هادى [115]

---

a) Cod. ببردانية.

115) *Nobiles meos equos ornatu privavi quo equi gaudere solent; collis peditum, qui me equitem sequi solent, lanceas eripui.*

Ubi corporis membrum mihi frangitur, praesens adest Ǵābir (fractorum ossium religator); *ubi a viâ aberro, adest alius, Hādī* (viae dux).

Pertinent hi duo versùs, pertinet certe primus, ad longum 'Ibn-'Ammār*i* carmen, 48 versibus constans, quod reperitur apud 'Ibn-Ċāqān*em*. Opportunitatem quà compositum est, his verbis indicat hic scriptor: ومرّ على ابى عيسى بن لبون فى احد متوجّهاته مستوفزا ' والى بعض لباناته منحفزا " فلم يثنه من المودّة ثان ' ولا جذبته نغم مثالث عهدها ومثان " واسرع كالماء الى الانحدار ' والمرء الى ايدى الاقدار " فلما علم ابو عيسى ان قد تخلّفته ركائبه ' كتب اليه يعاتبه " (7a forma verbi حفز significat *festinare* in aliquà re; vide quae monui in annotatione ad 'Abdo-'l-wāhid*um* p. ٢٣٢ sq., locum corrigens qui exstat supra Vol. I. p. 39; quae ibi dixi hoc loco egregie confirmantur.) Carmen itaque 'Ibn-Labbūn*i* 'Abū-'Īsā*i* (sic enim recte 'Ibn-Ċāqān; 'Abū-'Īsā erat praefectus Sagunti (Murorum veterum, hodie Murviedro); de eius fratre 'Abū-Mohammede, Lorcae praefecto, hìc cogitandum non est) totum hìc edendum esse putavi:

(الكامل) خُتِمَتْ بعصرك أَعْصُرُ الاجواد   وعنت لذكرك السن المُرّادِ

كذا انشد ابن قاسم ولا يُعْرَفُ هذا البيت فى قصيدته وهى شهيرة جليلة يراجع بها ابا عيسى بن لبون او اخاه ابا محمد والبيت الاول يرويه ابو الطاهر التميمى

وسبقت املاك الزمان الى مدى — ضلّوه حتى كنت انت الهادى
وغدوت اكثرهم حسودا فى العلى — ان الكريم طلبية الحُسّاد
وبدا بفضلك نقص كل معاند — تتبيّن الاشياء بالاضداد
وقفت بمغناك العيون فلاحظت — اسد العرين به وبدر النادى
واتتك وافدة الرجال فقابلت — امل الحريص ونجعة المرتاد
وصدرن قد حُمّلْن عنك عوارفا — اصبحن كالاطواق فى الاجياد
فَضْلٌ ارانا جود حاتم طَيِّءٍ — وفخار كعب فى قبيل اياد
ايه ابا بكر اتظلم ساحتى — ظلما وصبح العدل عندك بادى
عجبا لوعدك كيف تمسكه يد — موصولة الافعال بالاوعاد
ولسيب جودك كيف لم تسمح به — لصحيح ظنى او صريح ودادى
انى لمعتقد اخاءك مَوْئِلى — وارى ودادك معقلى وسنادى
واصول منك علَى الزمان بمنصل — جعل الطلى بدلا من الاغماد
فسقى محلّك دانيا او نائيا — صوب الغمام المستهل الغادى
ولئن رحلت لقد حللت بمنزل — من نور عينى او سواد فوادى

Tu quum terrae negatus eris, saecula, viris praestantibus praeclara, ad finem pervenerint; tuas laudes ut celebrent humiles fiunt linguae virorum superborum audaciumque.

Tu huius aevi principes praevertisti, ad metam festinans, a quâ illi aberrarunt, sed ad quam tu illis viam monstrasti;

At simul tibi, excelsâ dignitate gaudenti, prae caeteris invidetur; eximius enim vir obiectus est furori invidentium;

Etenim tuâ perspectâ praestantiâ omnium tuorum aemulorum impotentia apparuit; rebus pretium suum statuitur, ubi cum contrariis comparantur.

Tuam domum contemplati sunt oculi, inque eâ viderunt illum qui leo est in proelio, qui luna est in consessu amicorum.

Hospites ad te venerunt et apud te invenerunt talia, qualium amore avidus quis flagrat, conquisitissimas epulas quales vir delicatissimus non fastidit;

Et a te redierunt, muneribus onerati, collariorum instar.

Tua praestantia nobis videndam praebuit munificentiam Hatimi ex tribu Taiji et gloriam Cabi ex tribu Ijādi.

14*

عطلت من حلى السروج جيادى   وسابت اعناق المطى صعادى

قال ولما انتهى ابن عمار من مصعدها الى درج لا يتخطاه الصاعد حتى يجذب بتبعه

Phui! Abu-Becr! Summâne iniuriâ tu atrium meum afficies, dum tamen iustitiae tuae aurora iam rubebat?

Miror tuum promissum! Quomodo fieri potest ut illud retineat manus quae caeteroquin facta cum promissis coniungere solet?

Miror tuae munificentiae donum! Quomodo fieri potest ut illud non largitus sis, quandoquidem magna est mea opinio de te et sincerus meus amor?

Tua amicitia mihi asylum videtur, tuus amor arx et robusta camelus.

Ego, a te adiutus, calamitates adorturus sum, gladium manu tenens, cuius vagina erit hostis collum!

Tuam domum, sive praesens sis sive absens, irriget pluvia nubis imbriferae, matutinae;

Sin vero iter suscipias, venturus es in gratissimam domum; in oculo meo, in intimo pectore habitabis!

De Cabo 'ibn-Māma 'al-'Ijādī, qui adeo erat liberalis ut, in deserto cum sociis iter faciens, suam aquae portionem amico daret, ipse siti moreretur, vide Freytagii *Prov. Arab.* I. p. 325. Ad versum antepaenultimum sequens annotatio legitur in Cod. G.: هذا معنى مطروق، وانعقد لابى تمام فيه سوق، فما يجى به من بعده منه مسروق" قال

(الخفيف) وكأنّ الاعناق يوم الوغى أو   لى باسيافهم من الاغماد

على ان ابا تمام بيّن ان ذلك من شدّة باسهم واقْدامهم حيث ذكر الوغى وقد فُقد هذا من هذا الشعر فلا يتعين كون ذلك شجاعة لان ذلك قد يكون عيثا وفسادا فى الارض كَسَيْفِ الحجّاج. En speciosam observationem, theologo dignam, simul vero insulsam et ineptam! Utinam scilicet poëta mentem suam clarius declarasset et haec fere addidisset: » At, boni viri! iustam tantum litem suscipio; gladio non abutor ut crudelis iste 'al-Ḥaggāg!" Caeterum versus Abū-Tammāmi quem citat criticus (in Cod. pro باسيافهم perperam legitur بينهم), pertinet ad longum carmen in laudem Aḥmedis 'ibn-'abi-Dowādi; vide Abū-Tammāmi *Dīwānum* Cod. 403 et 899.

Perrara sunt carmina, in quibus 'Ibn-Ammār, quum 'al-Mo'tamidi gratiam amisisset, tam magnificis laudibus cumulatur; quam ob causam carmen 'Ibn-Labbūni totum hîc edidi. Ex 'Ibn-Ammāri carmine, quo ad praecedens respondet, initium tantum describam:

عطلت من حلى السروج جيادى   وسلبت اعناق الرجال صعادى

وثنيت عزمى عن مسير هزّنى   سعدى اليه فخننى اسْعادى

وسلبت من ثوب المروّة والنهى   نفسى فخلّت على بنى عباد

ان لم احلّك من فوادى منزلا   ينبيك انك مالك لقيادى

تقدّم هو فرفع بالايدى وأُشيرَ على صاحبَيْه فوليا منحدرين واحتمل هو الى ذروة القصبة فشدّ وثاقه وانصرف عسكر سرقسطة وكان ابن عمار قد احقد هذين العبدين حين كتب ايامَ رياسته بمرسية اليهما بشعر اوله

(الكامل) شَمَخَتْ بكم فشمخْتُمُ الاجبالُ ...... تستزل (؟تستنزل) الافعال

وبعد قبضهما عليه طلبا بيعَه من روساء الاندلس فتثاقلوا جميعا عن ذلك وخَفّ ابن عباد اليه فنفذ نحوهما بكلّ ما سألاه ابنه [a] يزيد المسمى بالراضى فنزلا على حكمه واسلماه واباه اليه فقَدّمَ على الحصن وانصرف الى ابيه المعتمد وهو بقرطبة وابن عمار بين يديه مقيّد بين عِدْلَىْ تبن على هجن زوامل العسكر وميلَ به الى سجن قد أُعِدّ له وعند قدوم الراضى شقورة ليتسلّمه كتب اليه

(الكامل) [b] قالوا اتى الراضى فقلت لعلها [c]	خُلِعَتْ عليه مِن صفات ابيه
قال جرى فعسى المويد واعبًا	لى من رضاه ومن امان اخيه
قالوا نعم فوضعت خدى فى الثرى	شكرًا له وتيمّنًا ببنيه
يا ايها الراضى وان لم تلقنى	من صفحة الراضى بما ادريه
فَبِكَ احتجبتَ لوجهِ عذرٍ بيّنٍ	بذل الشاعة اى عذر فيه

---

a) Cod. ابناه.   b) Idem carmen exstat apud 'Ibn-Ćāqānem.   c) Ex 'Ibn-Ćāq.; Cod. لعله.

Nobiles meos equos ornatu sellarum privem, collis peditum, qui me equitem sequi solent, lanceas eripiam,

Consilium abiiciam ad locum proficiscendi, versus quem me, Dei favore excitatum, compellit mea fortuna,

Exuam vestem meam, virilem nempe animum qui iniuriam pati recusat, et prudentiam, ad Abbādi filios rediens,

Si tibi in pectore meo locum non dedi, qui certiorem te reddit (يُنَبِّيكَ pro يُنَبِّئُكَ), *te quoquo velis me ducere posse.*

Patet itaque ex initio carminis, versui isti in quo duos suos satellites nominat 'Ibn-Ammār, hic locum non esse; sententiam enim turbaret; isto admisso primus carminis versus integram sententiam continere deberet; vides vero rem haud ita sese habere, sed contra tres priores versûs esse protasin, quartum apodosin. Nec video ubinam in reliquâ carminis parte inserendus foret. Non igitur sine causâ addidit 'Ibno-'l-Abbār: *Ignotus est hic carminis versus*, et verosimile mihi videtur illum ad aliud carmen pertinere.

سُبِّلْ [a] على يدك الكريمة احرفا   فى من أَسَرْتَ فتنثنى تفديه [116]

ولما قارب قرطبة قال يخاطب المامون الفتح بن المعتمد مستشفعا به

(الكامل) هلا سألْتَ شفاعة المامون   او قلت ما فى نفسه يكفينى

ما ضرّ لو نبّهْتَه بتحيّة   يسرى النسيم بها على دارين

يقول فيها

بيَدٍ من المامون أَوْثَقُ عِصْمَةٍ   لو ان امرى فى يد المامون

امرى الى ملك اليه امره   وكفاه من فوق كفاف [b] ودون

يا فتح جَرِّدْها عناية فارس   دَرِبٍ على قصر الوليّ امين

واقرن شفاعتك الكريمة عنده   بتواضع عن عزّة لا هون

فى شكّة من هيبة وسكينة   وبضجّة من رحمة وحنين

يا فتح ان نازلته مستنزلا   فاعنا بفتح من رضاه مبين

. . . . من افعاله   علق يشد عليه كف ضنين [117]

---

a) B. et Ga. خَفِّفْ; eadem lectio in textu A., qui in marg., add. خ, habet سبّل.   b) Cod. كفاه.

116) *Dixerunt mihi: » Advenit ʿar-Rāçī* (veniam dans)*!" Quo audito ego dixi: » Fortasse quo-» dammodo patrem indole refert;*

» Faustum omen mihi factum est; fortasse ʿal-Mowaijad (i. e. ʿal-Moʿtamid) *mihi veniam dabit, » fortasse parcet fratri suo!"*

» Ita est!" responderunt. Tunc ego ad eius genua accidi, gratum animum testans eiusque filiis omnia fausta apprecans.

O ʿar-Rāçī! Quamquam mihi solitam veniam viri ad indulgentiam proni non attuleris,

Pone te, quum mihi ad te aditum non dares, iustâ excusatione uti posse; volebas nempe pro me intercedere; o praeclaram excusationem!

Tu, nobili modo mihi opem ferens, lenia verba de tuo captivo pronuntiare velis et sic eum libertati restituas!

Vix opus est ut moneam, id quod poëta in vs. 3°. narrat, locum non habuisse; declarat autem quid fecisset si reverâ ʿar-Rāçī eum certiorem reddidisset, ʿal-Moʿtamid*um* ei ignovisse. Animadvertatur significatio quam hîc habet 5ª forma verba يمن *omnia fausta apprecatus est alicui* c. ب pers.; eodem sensu occurrit apud ʿAbdo-'l-wāḥid p. ٩٤ edit. meae. In vs. 4°. vox صفحة *veniam* denotat. Sententia versûs 5ⁱ haec est: Ad te mihi aditum quum non dederis, dic te id ideo non fecisse, quia non opus erat ut tuam apud patrem intercessionem implorarem, quandoquidem iam tibi erat propositum ut pro me apud illum intercederes.

117) *Cur non tu* (poëta se ipsum alloquitur) *ʿal-Maʾmūn*um *rogasti ut pro te intercederet? Aut cur non dixisti: satis cognitam habeo eius nobilem indolem?*

وكتب الى الرشيد بن المعتمد ليستشفع به

(الخفيف) قل لبرق الغمام ظاعنٌ بريدى قاصدا بالسلام قصر الرشيد
فتقلّبْ فى جوّه كفووح[a] وتناثر فى صحنه كالفريد
وانتحب فى صلاصل الرعد تحكى ضجّتى فى سلاسلى وقيودى
فاذا ما اجتلاك او قال ما ذا قلتَ انى رسول بعض العبيد
بعض من ابعدته عنك الليالى فاجتنى طاعة المحب البعيد 118

---

a) Cod. كفو spatio vacuo relicto.

*Quid nocuisset si illum expergefecisses, salutatricem chartam ad illum mittens, quam lenis aura, Dārīn*um (portum illum in cuius forum ex Indiâ deferri aromata solent) *transvolans, ad illum pertulisset? — —*

Firmae tutelae instar mihi foret manus 'al-Ma'mūni; *utinam causa mea in manu 'al-Ma'mūni esset!* (i. e. utinam causam dicerem iudice 'al-Ma'mūno.)

At causam dico iudice rege qui absolutâ gaudet potestate, quique de patriciis et plebeiis, gladii tantum acie usus, iudicium pronuntiat.

O Fat̲h̲! Evagina tu intercessionis gladium, vigilem ostendens curam egregii equitis, cui confidet amicus ubi ipse repellendis hostibus impar est;

Praeclaraeque tuae apud illum virum intercessioni adde humillimas preces, quae non vilem sed nobilissimum animum declarabunt,

Armorum instar dum tibi sunt magna auctoritas et divina maiestas, dumque simul, misericordiâ et moerore commotus, clamorem profundis.

O Fat̲h̲! (nomen *victoriam* significat) *Quodsi eum obsides eo consilio ut de editâ suâ arce descendat, prosit tibi clara victoria, ab illo impetrata venia!*

118) *Dic tu, charta mea! nubis fulmini: » luce tuâ opem fer illi qui cum salutatione me ad 'ar-Rašīdi palatium defert!"*

Tu vero in huius aëre te diffunde grati odoris instar, inque huius impluvio te sparge pretiosarum gemmarum instar,

Et eiula horrisoni tonitru fragorem edens, quod scilicet meum lugubrem ululatum imitatur, dum vinculis et catenis sum gravatus!

Ubi vero te, intactam virginem, remoto velo adspiciet, dicetve: Quid hoc? tunc tu: » Legata » sum quam ad te mittit servus quidam,

» Quidam quem a te removerunt dierum vicissitudines, quique fructûs carpsit quos fert obse- » quium amico longe remoto praestitum!"

Vox صلاصل in vs. 3°. est pluralis a voce صَلْصَلَة, quae *sonum*, *fragorem* exprimit et occurrit in vs. qui exstat apud Abdo-'l-wāh̲id*um* p. ٢١٤ edit. meae.

ثم قال يخاطب المعتمد وهو بقرطبة

سجاياك ان عافيت 119 الابيات

وكل ما صدر عن ابن عمار فى نكبته فمن حرّ كلامه وكفى بهذه القصيدة حسن براعة ولطف ضراعة وقد كان خاطب المعتمد قبل ذلك من معتقله بابيات منها

(الرجز) والله ما ادرى اذا قالوا غدا يوم اللقا

ما اقتل الحالين لى ان كان جوفى او حيا 120

فما اصغى اليه ولا ابقى عليه وحكى ابو محمد عبد الملك بن احمد بن صاحب الصلاة 121 الباجى عن بعض الكتاب انه مَاشَى ابا جعفر بن عطية الوزير فى صدره عن الاندلس الى مراكش [a] وقد احسّ بالتغيّر عليه وتمكّن اعدائه منه فى مَغيبه وذلك فى سنة ٥٥٢ قال فرايته مستوحشا قلقا فاستدنانى واستنشدنى قول ابن عمار

سجاياك ان عافيت اندى واسجح وعذرك ان عاقبت اجلى واوضح

فانشدتُّه القصيدة الى اخرها فلما كملتُها قال لقد كان ابن عباد قاسى القلب وقول ابن عمار فيها سياتيك فى امرى حديث البيت اراد به الوزير الاجلّ ابا بكر احمد بن محمد ابن عبد العزيز وكان واحد وقته رفعةً وجلالة وضدّ ابن عمار صيانةً واصالة فتولّع بانتقاصه وغرِى بذمّه فكان لا يصدر عنه مجتازٌ به الا بلغه قدحَه ولا يرد عليه شاعر الا الزمه ثَلْبَه ولا يحضره ضيف الا اسمعه استراحته فيه تعرّض المشروف للشريف حتى لخاطَبَ اعلّ بلنسية

---

a) Cod. مركش.

119) Omitto pulchrum 'Ibn-'Ammāri carmen quod hìc in Codice sequitur, quia illud iam edidi 'Abdo-'l-wāhidi opus publici iuris faciens (v. p. ٨٨).

120) *Per Deum! Quum mihi dicunt; » cras illi obviam fies,"*
Nescio quid magis morti me tradat, metus an pudor!

121) De historico 'Ibn-Çāhibi-'ç-çalāt fortasse aliâ datâ opportunitate acturus sum; hìc tantum moneo in titulo Codicis Oxoniensis eum vocari 'Abdo-'l-melik ·ibn-Mohammed (non ·ibn-Ahmed) ·ibn-Çāhibi-ç-çalāt. Caeterum quae hìc narrantur non reperiuntur in Cod. Oxon., quippe qui volumen secundum continet et ab anno 554 incipit; at aliunde tamen constat 'Abū-Ga'farum Ahmed ·ibn-'Atija tunc temporis gratiam 'Abdo-'l-mūmani amisisse, qui haud diu post eum ad necem dedit (cf. 'Ibn-Caldūn apud de Gayangos II. Append. p. LIV; ·al-Qartās p. ١٢٨ ed. Tornberg; 'Abdo-'l-wāhid p. ١٤٣—١٤٥ ed. meae; 'Ibno-'l-Ćatīb, Cod. Cl. de Gayangos, fol. 52 r. — 55 v.) mense Šawwāli anni 552, ut tradit auctor ·al-Qartāsi; sed 'Ibno-'l-Ćatīb لليلة بقيت من صفر anni 553, quod convenit cum 'Abdo-'l-wāhidi testimonio (p. ١٤٣) qui etiam annum 553 nominat.

يغريهم به ويحضّهم على القيام عليه وقيل انما قال ذلك حين غدره ابن عبد العزيز فى حصن جملة 122 من اعمال مرسية

(الكامل) [a] خَبِّرْ [b] بلنسية وكانت جنة · أَنْ قد تدلّتْ فى سَواء النار
غدرت وفيًّا بالعهود وقلّما · عثر الوفىُّ سعى الى الغدّار
يا اهلها من غائب او حاضر · وقطينها من راسخ او طارى
جازوا بنى عبد العزيز فانّهم · جرّوا اليكم أسْوَأ الاقدار
5 ثوروا بهم متأوّلين وقلّدوا · ملكا يقوم على العدو بثار
هذا محمّدُ او فهذا احمدٌ · وكلاهما اهل لتلك الدار
جاء الوزير بها يكشّف ذيلها [c] · عن سَوْءة سَوْأى وعارٍ عارى
نكث اليمين وجار [d] عن سنن التقى · وقضى على الاقبال بالادبار
آوى لينصر من بنى المثوى به · ودعاه خِذْلانٌ من الانصار
10 برّ اليمين ولم يعرّض نفسه · ونفوسكم لمصارع الفجّار
ما كنتمُ الا كامّة صالح · فرماكمُ من طاعر بقدار
هذا [e] وخصّكم بأشأمِ طائر · ورمى ديارَكمُ بآلامِ جار
لا بد من مسح الجبين فانما · لطمَتْه عذرا غير ذات سوار

---

a) Nonnullos tantum ex hoc carmine versûs descripsit 'Ibno-'l-Abbār, nempe vss. 1—4, 7—11 (praemisso يقول فيها) et 15 (praemisso وفى هذه القصيدة). Alios addidi ex 'Ibn-Ċāqāne qui carmen, omissis vss. 2 et 3 (qui tamen versûs in marg. Codd. A. et G. additi sunt), descripsit in capite de 'Ibn-Tāhiro. Vss. 16—24, in quibus 'Ibn-Ammār se ipsum, antiquorum poëtarum more, laudat, omisi, cum quia elegantiâ se non commendant, tum quia nihil inde discimus quod ad historiam illustrandam aliquid possit conferre. Vs. برّ اليمين (10^{us} in meâ editione) ab 'Ibn-Ċāqāne male ponitur post vs. هذا وخصكم. b) 'Ibn-Ċāq. بَشِّرْ. c) Cod. et B. ذيله. d) Sic etiam G.; A., B. et Ga. وحاد, quod eodem redit. e) Sic etiam A.; B., G. et Ga. هلا.

122) Non dubito quin huius castelli nomen pronuntiandum sit جُمِلّة. Oppidum enim, Jumilla dictum, ad Septentrionem Murciae situm est, et hodie adhuc munitae arcis, in arduâ rupe aedificatae, rudera cernuntur. Cf. Alex. de Laborde *Itinéraire descriptif de l'Espagne* II. p. 170. De Jumillarum gente quae Murciae inclaruit, quaeque, ut videtur, ab hoc castello nomen accepit, cf. Cascales, *Discursos historicos de Murcia, i su reino* fol. 340.

هيهات تطمع فى النجاة لطالب ساعٍ اذا ونت الكواكب سارى
15 كيف التفلّت بالخديعة من يدى رجل الحقيقة من بنى عمار
رجل تطعّمه الزمان الابيات
24 جرّارِ اذيال القنى ظنّوا به قد زاركم فى الجحفل الجرّار
25 وكانكم بنجومه ورجومه تهوى اليكم من سماء غبار
وانا النصيح فان قبلتم فاتركوا اثارها خبرا من الاخبار
قوموا الى الدار الخبيثة فانهبوا تلك الذخائر من خبايا الدار
وتعوّضوا من صفرة خبثية بأغرّ وضّاح الجبين نصار [123]

---

123) *Certiorem fac Valentiam, quae antea Paradisus erat, eam proclinatam esse in medium Infernum!*

Decepit illa virum qui foedera observat; at raro labitur foederum fidelis observator ubi periurum hominem petit!

Agitedum, cives absentes et praesentes! Incolae et peregrini!

Missos facite filios Abdo-'l-azîzi, *nam pessimam sortem vobis civerunt!*

Rebellate contra istos, iustam seditionis causam declarantes, et alium create regem cui cordi sit ut vos a vestris hostibus vindicet!

Sit ille Mohammed aliquis, sit Ahmed: omnibus modis istâ gente melior erit!

*Illa faciens quae fecit, wezîr*us, *sublatâ mulieris veste, deterrimum cunnum viris in conspectum dedit et nudum opprobrium.*

Iusiurandum violavit, pietatis leges migravit, amicitiae odium rependit,

Tamquam hospitem comiter excepit virum qui, illo fretus, mansionem construxit, at cui evenit ut ab adiutoribus deciperetur;

Qui verax fuit iureiurando, quique nec se ipsum nec vos miserae sorti exponere voluit, quae scelestos pessumdare solet.

*Eritis vos, Valentini! populus Çâlihi; iste vobis, sub Tâhirî*dae *personâ, Qodâr*um *adduxit;*

Etenim infaustissimi ominis avem vobis dedit, vestrasque domos vilissimo vicino afflixit!

Procul dubio detergenda est frons, nam colaphum ei inflixit virgo quae armillâ non est ornata (i. e. quae ingenua non est).

Quid? Sperasne te effugiturum impetum viri qui hostem consectatur, qui omnes intendit vires, qui per tenebras iter continuat quando astra languent?

15 *Quomodo quis astutiâ effugere posset ex manibus viri veracis qui unus est ex filiis* Ammâri,

24 *Qui syrmatis instar hastas trahit? — Putate illum vos petere ingenti comitante exercitu!*

Putate ab illo iactas stellas et astra in vos decidere ex coelo pulverem colore referente!

Bonum vobis consilium do, quo admisso istius palatii rudera tamquam antiquitatis monumentum ponite!

فذيّله المعتمد لما اتّصل به هذا الشعر بقوله معرضا بابن عمار وزاريا عليه

الاكثرين مسوّدًا ومملّكا	ومتوّجا [a] فى سالف الاعصار
والموثرين على العيال بزادهم	والضاربين لهامة الجبار
الناهضين من المهود الى العلا	والمنهضين القار بعد القار
ان كوثروا كانوا الحصى او فوخروا	فمن الاكاسر من بنى الاحرار
يضحى مومّلهم ينوّل سيبه	ويبيت جارهم عزيز الجار
تبكى عليهم شنبوس بعبرة	كأتيّا [b] المتدافع التيّار

